Biodiversity Heritage Library

http://www.biodiversitylibrary.org/

**Acta Academiae scientiarum imperialis petropolitanae.**
Petropoli,Typis Academiae scientiarum,1778-1786.
http://www.biodiversitylibrary.org/bibliography/9526

**1778:pt.1:** http://www.biodiversitylibrary.org/item/38583

Article/Chapter Title: Lepechin_1780
Page(s): Page 247, Page 248, Page 249, Page 250, Text

Contributed by: American Museum of Natural History Library
Sponsored by: Biodiversity Heritage Library

Generated 19 October 2016 4:48 AM
http://www.biodiversitylibrary.org/pdf4/056532700038583

This page intentionally left blank.

# TRES
# ONISCORVM SPECIES
# DESCRIPTAE.

Ab

*I. LEPECHIN.*

## ONISCVS ACVLEATVS.

Tab. VIII. Fig. 1.

Oniſcus thorace nudo, dorſo tribus ordinibus cuſpidum notato.

## Deſcriptio.

Longitudo totius animalculi, exceptis antennis, XI. linearum. Caput hemiſphericum, oculi magni, protiberantes, coerulei. Os inferius ſitum in fouea rotundata pone inſertionem antennarum, protuberans denticulis quatuor, quorum duo ſuperiores, maxillam efficientes, validiores ſunt, inſtructum. Antennae IV. per paria diſpoſitae: par inferius magis validum quadriarticulatum: articulus capiti proximus breuiſſimus, ſecundus longior craſſior que complanatus, tertius breuior ſecundo et debilior, quartus longiſſimus ſetaceus. Thorax ſemiouatus gibbus, ſegmentis VI. quorum vnumquodque in medio tuberculo, vix nudo oculo conſpicuo, notatur; at in vltimo ſegmento inferior margo euidentibus cuſpidibus armatur; reliquum corpus tribus conſtat ſcutis, quorum latera ſunt plana in formam ſemi-

lunae

lunae effiċta, in abdomine appendicibus trium parium pediformibus, articulatis, extremo ſetaceis, inſtruċta; in dorſo autem tribus ordinibus cuſpidum armata, quorum debiliores medium dorſum, fortiores vero vncinnatae, latera, occupant. Dedes VII. parium, quorum duo anteriora cheliformia, vnco acuto terminata, breuiora, reliqua longitudine creſcunt, ita vt vltimum ſit longiſſimum, quadriarticulatum, femora latiora fere triangularia.

Cauda tribus conſtat ſegmentis attenuatis, vbi aculei, ratione ad dorſum habita, ſunt debiliores, et tandem in aculeum complanatum, ſubulatum et firmum exit; reliquam caudam conſtituunt tria paria appendicum filiformium, quarum extremitates bifidae ſetaceae. Color totius pulcre cinnabarinus. Locus mare album.

## ONISCVS SCORPIOIDES.

Tab. VIII. Fig. 2. Oniſcus thorace globoſo ouato, glabro; cauda elongata, articulata, ſpina ſetis que bifidis terminata.

## Deſcriptio.

Curioſum atque ſingulare animalculum tam ratione ſtruċturae ſuae, quam ratione anomaliae partium. Caput valde exiguum, oculi prominentes approximati. Thorax vndique tegitur ſcuto globoſo ouato transuerſis atque ſemilunaribus rugis notato; ex cuius parte anteriori exeunt appendices duae breues, claudentes caput et antennas, quae ſunt IV. breuiſſimae filiformes. Os inferius ſitum exiguum, appendiculis IV. ſetaceis minimis inſtruċtum, quae, vti videtur, pro maxillis inſeruiunt. Dorſum itidem tegitur ſcuto, ſed

ſed molliori in formam coni truncati, cuius vertex caudam, baſis vero thoracem reſpiciunt; lineis circularibus tribus notatum, quae totidem dorſi ſegmenta repraeſentant. Pedes vtrinque VII; horum paria anteriora IV validiora, ex tribus articulis conflata, apice vncinnulo armata, antrorſum verſa, et quae pro lubitu animalculi ſub margine prominente ſcuti thoracici tanquam in vagina reconduntur; reliqua pedum paria retrorſum ſpectant. Cauda longitudinem totius corporis adaequat, tenuis, triquetra, conſtans articulis V. Horum vltimus medio in aculeum, ſat firmum exit, ad latera vero ſetis longis apice bifidis terminatur. Ad ripas maris albi copioſus. Longitudo totius animalculi X linearum.

## ONISCVS CVSPIDATVS.

Tab. VIII. Fig. 2.

Oniſcus thorace articulato, tuberculoſo, ſegmentis dorſalibus VI, cuſpidatis.

### Deſcriptio.

Caput prominulum a thorace diſtinctum inaequale, oculis diſtinctis protuberantibus. Antennae IV, quarum baſes conſtant articulis cylindricis breuioribus, apex vero exit in ſetam longam attenuatam. Os inferne ſitum, inſtructum maxillis hamatis euidentibus. Thorax articulatus oblongus, ſegmentis IV, quorum vnumquodque tuberculis III, ſat eleuatis, medio oblongiore, notatur, vltimum vero ſegmentum, praeter tubercula, cuſpidibus IV dorſum reſpicientibus inſtructum. Dorſum et abdomen conſtant itidem ſegmentis IV, quae ſulcis profundis atque euidentioribus diſtinguuntur.

 mar-

margo inferior anteriorum ſegmentorum armatur cuſpidibus VI, ratione magnitudinis corporis, validis, vltimum vero ſegmentum, non niſi vnicam cuſpidem in medio gerit. Cauda in formam penicilli efformatur ex laminibus attenuatis mollioribus. Pedes VII parium, quatuor articulis conſtantes. Horum anteriores teneriores, hiſpidi; vltimi vero validiores, femoribus craſſioribus, complanatis, ſpina notatis; abdomen tegunt tria paria appendicum pediformium, baſi ſolidiore ſulcata, apice bifido filiformi. Longitudo totius, exceptis antennis, X linearum; color lateritius; locus, mare album.

ANTI-

et VIII.



Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.





**The following text is generated from uncorrected OCR.**

**[Begin Page: Page 247]**

->^i ) 24-7 ( ^n^"

TRES

ONISCORVM SPECIES

DESCRIPTAE.

Ab

/. LEPECHIN,

ONISCVS ACVLEATVS. ^^^^^^^

niTcus thorace nnda, dorfo tribus ordinibus cufpidum notato.

Defcriptio,

Longitudo totius animalculi, exceptis antennis, XI. linearum. Caput hemifphericum, oculi magni, protiberan-tes, coerulei. Os inferius fitum in fouea rotundata pone in-fertionem antennarum, protuberans denticulis quatuor, quo-riim duo fuperiores, maxillam efficicntes, yahdiores funt , inftrudum. Antennae IV, pcr paria difpofitae: par infe-rius magis "validum quadriarticulatum : articulus capiti proximus breuiflimus , fecundns longior cr iflior que com-planatas, tertius breuior fecundo et debilior , quartus lon-

giflimus fetaceus, Thorax femiouatus gibbus, fegmentis VI. quorum vnumquodque in medio tuberculo, tix nudo oculo confpicuo, notatur; at in vltimo fegmento infcrior margo euidentibus cufpidibus armatur; reliquum corpns tribus conftat fcutisr, quorum latera fuut plaua iii formam femi-

lunae

**[Begin Page: Page 248]**



lunae cffida, in abdomine appendicibus trium parium pedifonnibus, articulatis, extremo fetaceis, inftruda; in dorfQ autem tribus ordinibus cufpidum armata, quorum debiliores medium dorfum, fortiores vero vncinnatae, latera, occupant. Dedes Vll. parium , quorum duo anteriora cheliformia, vnco acuto terminata, breuiora, reliqua longitudine crefcunt , ita vt vltimum fit longiffimum, quadriarticulatum, femora latiora fere trlangularia.

Cauda tribus conftat fegmentis attenuatis, vbi aculei, ratione ad dorfum habita, (iint debiliores , et tandem in aculeum complanatum, fubulatum et firmum exit; reliquam caudam condituunt tria paria appendicum filiformium , quarum cxtremitates bifidae fetaceae. Color totius pulcre cinnabarinus. Locus mare album.

ONISCVS SCORPIOIDES.

Tab.VlIL

Fig. 2. Onifcus thorace globofo ouato, glabro; cauda elon-

gata-, articulata, fpina fetis que bifidis terminata.

Defcriptio.

Curiofum atque fingulare animalculum tam ratione ftrnc^urae fuae , quam ratione anomaliae partium. Caput valde cxiguum , oculi prominentes approximati. Thorax vndique tegitur fcuto globofo ouato transuerfis atque femi-lunaribus rugis notato; ex cuius parte anteriori exeunt appendices duae breues, claudentes caput et antennas, quae funt IV. breuifiimae filiformes. Os inferius fitum exiguuni, appendiculis IV. fetaceis minimis inftrucflum, quae, vti vi-detur, pro maxillis inferuiunt. Dorfum itidem tegitur fcuto,

fed

**[Begin Page: Page 249]**

fed molliori in formam coni truncati, cuius vertex caudam, bafis vero tlioriicem refpiciunt; lineis circularibus tribur notacnm, quae totidem dorfi fegm.enta repraefentant. Pedes \trinqiie VII; liorum paria anteriora IV validiora , ex

tribus articulis confiata, apice vncinnulo armata, antrorfuni Terfa , et quae pro lubitu animalculi fub raargiue promi- nente fcuti- thoracici tanquam in vagiaa reconduntur; re« liqua pedum paria retrorfura fpecftant. Cauda longitudi- nem totius corporis adaequat, tenuis, triquetra, co.nftans ar- ^

ticulis V. Horum vltimus m.edio in aculeum, fat firmum exit, ad latera vero fetis loiigis apice bifidis terminatur, Ad ripas maris albi copiofus. Longitudo totius animal- culi X linearum.

ONISCVS CVSPIDATVS. TabViit

Onifcus thorace articulato, tuberculofo , fegmcntis '^* *'" dorfalibus VI, cufpidatis.

Defcriptio.

Caput prominulum a thorace diftincflum in.iequale,' oculis difiindis protubtrantibus. Antennae IV, quarum bafes conftant articulis cylindricis breuioribus, apex vero exit in fetam longam attenuatam. Os inferne lltum , inftrudlum maxillis hamatis euidentibus. Thorax articulatus obbngus, fegmentis IV, quorum vnumquodque tubercuUs 111, fat eleuatis, medio oblongiore, notatur, vltimum vero fegmen- tum, practer tubercula, cufpidibus IV dorfum refpicientibus indruclum. Dorfum et abdomen condant itidem fegmentis IV, quae fulcis profundis atque euidentioribus diftinguuntur.

JSa Acad. Imp. Sc. Tom. 11 P. I. 1 i mar-

**[Begin Page: Page 250]**

margo inferior anteriorum fegmentorum armatur cufpidibus VI, ratione magnitudinis corporis, validis, vltimum vero fegmentum , non nifi vnicam cufpidem in medio gerit. Cauda in formam penicilli efFormatur ex lamiuibus attenuatis mollioribus. Pedes Vll parium, quatuor articulis conflantes. Horum anteriores teneriorcs , hifpidi ; vltimi vero validiores, femoribus cralFioribus, complanatis , fpina notatis ; abdomen tegunt tria paria appendicum pediformium , bafi folidiore fnlcata, apice bifido filiformi. Longitudo totius, exceptis antennis , X linearum; color lateritius; locus, mare album.

ANTX-

**[Begin Page: Text]**

,^

c^tmi.

^

Ft^-l.

T{^.SL.

' 'w

Tfcr. .^.

D